

M. A N T O N I I
MARSILII COLVMNAE,

BONONIENSIS, I. C.

ARCHIEPISCOPI

SALERINITANI,

De Ecclesiasticorum Reddituum
Origine, & Iure

T R A C T A T V S.

*Quo rerum omnium, quæ ad hoc spectant argumentum,
series copiosè simul ac distinctè explicatur.*

Argumentis insuper, Summarijs, atque Indice illustratus.



Cum privilegio Philippi Hispaniarum Regis, & Senatus Veneti.
Venetijs, apud Franciscum Franciscium Senensem. 1575.



GREGORIO XIII.
PONT. MAX.

M. Antonius Marsilius Columna,
Archiepiscopus Salernitanus, S.



EMPER ego existimaui,
Sanctiss. Pontifex GREGORI, benè ac liberaliter
institutos homines nequa-
quam abuti otio debere; om-
nium verò minimè, qui se
totos Deo penitusq; addixerint, atque dica-
rint. Etenim ipsius ore monemur, nobis ante
celissimum illud Tribunal per otium transa-
cta vita, quin et otiosorum verborum rationem
omninò esse reddendam. Itaque superioribus
mensibus, ne per desidiam, ac socordiam et a-



M. ANTONII MARSILII

COLVMNAE, BONONIENSIS I. C.

ARCHIEPISCOPI SALERNITANI,

De Ecclesiasticorum Reddituum

Origine, & Iure

TRACTATUS.

PARS PRIMAE.

ARGVMENTVM.

Unde antiquitus apud Hebraeos, aliosq; iidem populos nonnullos, sacerdotibus necessarij sumptus suppeterent, & qua ratione Christus, Dominus noster, dum inter homines ageret, sibi suisq; ad uictum necessaria pararet.

RERVM SVMMAE.

- 1 Sacerdotes varia victus ratione vsi sunt.
- 2 Aegyptij generis vetustate ceteris sese antecellere iactabant.
- 3 Aegyptij sacerdotes ex publicis horreis alebantur.
- 4 Soli sacerdotes apud Aegyptios tempore famis fuerunt immunes à possessionum suarum venditione.
- 5 Romani sumptus in rebus sacris necessarios ex publico suggeriebant.